



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De diuisione Periodi. Pneumate, Clauī, Chiasmo, &c. Capvt VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

recurrentes. Verlam verd, quæ dicitur periodus, cum strophis, & antistrophis Lyricorum.

De diuisione Periodi.

Pneumate, Clauis, Chiasmo, &c.

CAPVT VI.

Periodorum variae traduntur à Rhetoribus diuisiones, quarum aliae ad sensum verbum, aliae ad structuram pertinent. Ego, vt omnem ambiguitatem submoueam, grauioribus primùm diuisiones afferam, minutias deinde suo loco discutiam.

Primum, vna est, quæ ab Hermogene appellatur πνεύμα, spiritus, & definitur σύνθεσις λόγου διάνοιαν ἀπαρτίζον ἐν κύλοις, καὶ κόμμασι μετὰ ἄλλων πρὸς τὴν διάρκειαν τῆς πνεύματος κατὰ τὴν φωνὴν τῆς λέγοντος. Structura orationis, quæ sensum membri, incisiſque definitum, ad oratoris spiritum, & vocem accommodat. Talis dicitur iusta periodus.

Alia dicitur Clauis, ἢ κλείς ὅσπον τινὰ, ἢ ἀληθινὴ περίοδος τῆ ὄλης ἐπιχειρήματος ἀναγκαστικῆς σύνθεσης. Decursus totius argumenti breuiter comprehensus, Et hæc tam communis est Rhetorum, quàm dialecticorum. Appellatur autem clauis, quod vt clauis ostium, sic expeditè referat vim argumenti.

Aliae nomen habent à diuersis figuris, quibus contextuntur, inter quas nobilis est χιαζομένη.

Est autem periodus χιαζομένη, cum in quadrimembri circuitu, vtriusque propositionibus ambæ redditiones respondent, & contra, vt apud Demosthenem Olynth. 2.

Ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος ὅσω πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποιήκε τὴν αὐτῷ, τοσούτω δαυματοτέρος παρά πᾶσιν νομίζεται. Ὑμεῖς ὅ, ὡ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσω χεῖρον ἢ προσήκε κέρρη, ὅδε τοῖς πράγμασι, τοσούτω πλείονα ἀσχύνω ἀφλήκατε; Etenim Philippus, quo plura supra suam ipsius dignitatem fecit, eo plus habet apud omnes admirationis. Vos autem, viri Athenienses, quò peius, quam par erat, rebus vbi estis, eò maiori dedecore afficiimini.

Dicitur autem χιαζομένη, quasi decussata à χ litera, quæ crucis in modum interfecantibus seipsas duabus obliquis lineis figuratur. Vnde & χιαζομένη figura, quando quatuor propositis, tertium secundo respondet, & conuenit quantum primo.

Chiasmus.

Alia ἰσοκέλης & ἰσόπλευρος, hoc est, quadrata, quatuor membris æqualibus constans.

Alia rotunda στρογγύλιας ἀπὸ διεστρευσμένη, rotundè, & concinnè, quasi torno facta, vt loquitur Plutarch. de auditione. Itaque nomen potius est omnium elegantium periodorum generale, quàm speciale.

Alia ὀπτημητικῆ, siue increpatoria dicitur, breuis, & expedita, vt Φίλιππος ἀν' εὐζαυτοῖς θεοῖς, ταῦτα ὑμῶν τίνες ἐνθάδε ποιεῖσιν, Philippus quidem à Dijs postularet, ea ipsa, quæ vestrum plerique faciunt.

Demost. Olynth. 2.

Alia γνωμικῆ, sententiosa, vt εὐπράθειν παρά τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τῆ κακῶς φροσῆν τοῖς ἀνόητοις γίνεται. Prosperis rebus vt supra meritum, stultis occasio est malè sentiendi.

Alia ἀποφαντικῆ, enuntiatiua, quæ fit per rectos casus, vt ἀλλ' ὁ τὴν εὐβοίαν ἐν αἴνος σφετερίζομαι.

Alia per interrogationem, vt τις γὰρ ὁ τὴν εὐβοίαν σφετερίζομενος; τίς ὁ κατὰ λαμβάνων Ὄρεον, Quis Eubœæ sibi vendicat? quis cepit Oreum?

Alia ἐλεγκτικῆ, redargutoria, vt si dicas, num hic ipse est, qui Eubœam sibi vendicauit, qui cepit Oreum.

Afferit & δεικτικὰς, & ἀρνητικὰς, & ἀπογορευτικὰς, demonstratiuas, negatorias, prohibitiuas. Sed Græculæ sunt istæ diuisionum minutie, nunc ad cæteras partitiones veniamus, quæ ex periodi partibus, & membris colliguntur.

De partibus Periodi.

CAPVT VII.

Dvæ sunt periodi partes, Colon, siue membrum, siue intermissio, & Comma, quod intercisio pariter, & articulus nominatur.

N n 2

Mem.